

D. DIONYSII  
CARTHUSIANI IN O-  
MNES BEATI PAVLI EPI-  
STOLAS COMMENTARIA.

Cui quidem in componendis enar-  
randisque sacrarum litera-  
rum libris (si singula spe-  
ctes) pari ingenio, dex-  
teritatéque vix al-  
ter successit.

\*



P A R I S I S .

Apud Viduam Francisci Regnault, via Jacobae,  
sub insigni Elephantis.

1555.



# INDEX RERVM MEMORABILium ex commentariis D.

Dionysij Carthusiani in  
omnes D. Pauli epistles, serie literaria.

**A**aron typus eorum qui ad dignitates ecclesiasticas assūmendi sunt 325. f  
Abba pater quid notent 204.c  
Abraham quando & cur circūcisionem accepit, & quod ante eam iustus fuerit ut adhī multi 26.f  
Abraham quomodo corpus suum emortuum dicit, quū post mortem Saræ Cethuram duxerit, ex eaque liberos genuerit 28.c.d  
Abraham an dubitauerit de promissione facta, dicendo Putasne centenario nasceretur filius Sc. ibidem.e.f  
Adam quomodo figura Christi 33.b  
Adiuratio an licita sit, Sc. quatenus 275.a  
Adiurare quid ibidem.b  
Adoptionis spiritum: etiam in veteri testamento electi acceperunt, sed non ex lege 47.c.d  
Adoptionis nostræ in filios dei signum & arra spiritus

sanctus 204.c.d  
Aduentus Christi cur primū occultus 65.e  
Æmulari multis modis accipitur in scripturis 140.c  
Æmulatio quæ 209.f  
Aēr pro cœlo usurpatur 234.d  
Æternum quid est. 313.f  
Affectus hic est serui fidelis, vt quod communiter pro omnibus fecit Christus & pertulit, singulariter pro se tantū putet illum secisse & pertulisse, idque merito, & quare 198.f  
Agar vxor erat Abrahæ antequam eam cognouisset, alia adulter fuisset 206.a  
Agnus Christi quomodo occisus ab origine mundi. 340.b  
Agricultura Dei quomodo homo 101.d  
Amor primum donum gratuitum in quo omnia donantur 30.e  
Amor & timor legis euangelique differentia 47.c & sequentibus.

# D. Dionysij Carthusia-

N I I N O M N E S B E A T I  
Pauli Epistolas Enarratio.

P R O O E M I V M .



v D I T E me , quoniam de rebus *Prov. 8.*  
magnis loquuturus sum : & ape-  
rientur labia mea ut recta prædi-  
cent. Iusti sunt omnes sermones *Psal. 103.*  
mei . Deus sublimis & benedi-  
ctus, qui omnia in sapientia fecit,  
qui dixit, de tenebris lumē splen- *1.Cor. 4.*  
descere, qui ad suūpsius similitu-  
dinem atque imaginem condidit *Genes. 1.*  
genus humanum propter adipi-  
scendam vitam æternam, quæ consistit in hoc, ut cognosca-  
mus verum Deum, & quem misit Iesum Christum, ordina- *Ioan. 17.*  
tissimo quodam processu & conuenientissimo modo redu- *Hebr. 1.*  
xit perditum hominum genus, ad felicitatem amissam. Pri-  
mo quippe, ab exordio mundi, multifariè multisque modis *Galat. 4.*  
loquitus est hominibus per prophetas & patriarchas . At  
vbi venit plenitudo temporis, misit (sicut promisit) vnige-  
nitum filium suum, ut saluaretur mūdus per ipsum. In quo  
quum consummata fuissent omnia, quæ de eo prænunciata  
erant per os sanctorum, qui à seculo sunt, prophetarū eius:  
paucis elapsis diebus misit electis & veris Israélitis , sanctis  
apostolis : alijs quoque quibusdam primitiæ ecclesiæ per-  
sonis, paracletum spiritum sanctum, qui corda eorum om-  
nium veritatum notitia, omnium gratiarum decore, omni-  
umque virtutum sanctitate impleuit. Ipsi nempe primitias  
spiritus receperunt, quemadmodum Christus passioni iam *Roma. 8.*  
proximus spopondisse describitur, Paracletus spiritus san- *Ioan. 8.*  
ctus, quem mittet pater in nomine meo , ille vos docebit o-  
mnia. Insuper reparator, saluator & medicus perditorum,  
agnus dei qui tollit piacula mundi , quæ venit querere &  
saluare quod periret, demonstrare volens cunctis homini- *Ioan. 3.*  
bus artis sue industriam , pietatis sue liberalitatem , & o-  
perationis sue potentiam , quendam languidissimum , im-

## Cap. 13. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D id est, Christum summum, principemque pastorum, hominem humilium, innocentium & electorum. De quibus ait,  
*I Pet. 5.* *Animam meam pono pro quibus meis. Et ad Petrum, Pascere*  
*Ioan. 10.* *Cinquit oves meas. Qui facti sunt oves, In sanguine testamen-*  
*Ioan. 21.* *tu eterni. i. per meritum effusionis sanguinis Christi. Quo san-*  
guine confirmatum est nouum testamentum, quod appellatur  
eternum, quoniam aliud ei non succedit, & quia eterna  
bona promittit. *Dominus noster Iesus Christus aperit i. per*  
*gratiam expeditos vos faciat In omni bono. i. in cogitatione*  
*pura, locutione vera, operatione & passione sancta & recta.*  
*Faciens in vobis. i. dans vobis gratiam agendi id Quod placeat*  
*coram se. i. suae iustitiae sit acceptum. Ipsius enim operatur in*  
*vobis & velle & perficere. Et omnia opera nostra operatur in*  
*nobis. faciatque hoc Per Christum Iesum. i. merito Christi,*

**E** per quem omnia divina nobis charissima conferuntur: *Cuius*  
*est gloria in secula seculorum. i. sine fine. Amen. Rogo autem vos*  
*fratres ut sufficiatis. i. vt gratanter ac patienter audiatis verbum*  
*solutum. i. epistolam hanc solatiosam & consolatoriam. Etenim*  
*per paucis i. valde brevi sermone Scripti vobis respectu sen-*  
*tentiarum quae in hac continentur epistola. Cognoscite fratrem*  
*nostrum Timotheum dimissum a carcere, in quo duduvinetus*  
*facebat. Cum quo, si celerius. i. festinanter Veneris ad me, Vide-*  
*bo vos, visitando vos cum eo, si deus sic dederit. Salutare om-*  
*nes prepositos. i. prelatos Vestros, & omnes sanctos. i. viros pre-*  
fatos inter vos existentes. Ex hoc elicitur, quod presentem  
epistolam scriptam communitati, seu inferioribus, non recto-  
ribus, quia fortassis non indigebat. Salutare vos. i. beatitudi-

**F**inem vobis dicunt & optant omnes Fratres. i. Christiani, *De*  
*Italia, cuius metropolis est Roma. Ex quo pater, ex Roma*  
hanc scriptam esse epistolam. *Gratia gratum faciens finalis*  
*& consummata, sit Cum omnibus vobis. Amen. Ipsa enim est do-*  
*num supernaturale, ad supernaturalem finem perducens,*  
*quam solus creator infundit. Qui est super omnia Deus sub-*  
limis & benedictus. Amen.

FINIS.

*Excedebat Luretiae Mauricius Menier, Anno*

*1555.*